



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 88. Galliarum Rex ad dissolvendum fœdus cum Turcis a Papa sollicitatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

ctus est (*), non minus, ac Rupifacal-
 dius Comes, Nouenus, & Arnoldus
 Cavagnius Tolosanæ Curiaæ Senator,
 qui Architalassum comitatus nunc a
 Rege libellorum supplicum Magisterio,
 ac dignitate donatus fuit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1571.

§. LXXXVIII.

*Gallarum Rex ad dissolvendum Fœ-
 dus cum Turcis a Papa sol-
 licitatus.*

Eodem hoc anno Pius V. summus Pon-
 tifex Alexandrino Cardinali Nepoti
 suo tum in Lusitania hærenti negotium
 dabat, ut Sebastianum Regem pariter
 ad armorum Societatem contra Turcas
 ineundam sollicitaret: postea vero idem
 a Papa in Gallias decernebatur, ut Re-
 gem ab inito fœdere cum Turcis ab-
 sterrere niteretur, simulque eidem ex-
 poneret, quod iniquo prorsus selectu
 ad Selimum Constantinopolim ablegas-
 set Aquensem Archiepiscopum Catho-
 licæ fidei desertorem: insuper Cardina-
 lis Regi, si fieri posset, dissuadere ju-
 bebatur, ne Margaritam sororem suam

Spond. an-
 nal. n. 7.

Tt 3 Hen-

(*) Hæc in Regis Christianissimi aula fuisse actitata, Christianus Lector merito dubitare posset, nisi a Scriptoribus Gallis memoriæ fuissent prodita.

Sæcul. XVI.
A.C. 1571.

Henrico Navarræ Principi hæretico, qui anathemate percussus erat, in conjugem traderet: cum ergo Alexandrinus cuncta hæc sibi a Pontifice injuncta Carolo Regi proponeret, hic in respondis dedit: „mallem potius mori, quam me „Principum fœderi contra Turcas fau- „cito opponere; cum autem bellis prio- „ribus æraria mea sint exhausta, ac sub- „diti mei ad incitas redacti, hinc præ- „fatæ armorum societati nomen dare „præpedior: Aquensis vero Archiepi- „scopus nonnisi in privatis causis, quæ „Regnum meum concernunt, Constanti- „nopolin missus est:„ quod autem Mar- „garitam Sororem meam Henrico de- „sponderim, de principum, prudentium- „que virorum consilio factum fuit tum ob multa alia, tum ob summam spem conceptam de egregia indole, ac futura conversione Navarri Principis, ubi tempus aliquando declarabit, quodnam in his consilium meum fuerit.

Equidem Pontifex hoc Regis responso contentus esse cogebatur, constanter tamen pro hoc connubio petitam legis veniam concedere recusabat.

§. LXXXIX.

Cardinalis Zuniga mortuus.

Ciacon. vit.
Portif. t. 3.
p. 1039.

Sacrum Purpuratorum Collegium hoc anno quatuor Cardinalium jacturam de-